NICOLAUS DE LYRA

Salzburg/Bayern, 1450 Seite 38r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Incipit liber iudicum capl. p.m

Suscitauit dominus iudices qui liberabant eos de uastancium manibus sicut in hebreo iosue a quo incipiunt libri hystoriales agitur de terre promissionis ingressu vel potius de eo filios israel in terram promissionis introducente ita in aliis libris hystorialibus agitur de populi israel dictam terram inhabitantis gubernatione vel progressu vel potius de deo dicti populum gubernante quia sicut in tota sacra scriptura deus absolute est subiectum ita in parcialibus libris deus est subiectum sub rationibus contractis sic dictum fuit ibidem Deus autem populum israhel gubernauit et dixerit tripliciter primo per iudices usque ad saulem regem Secundo per reges a saule usque babilonis transmigratione Tercio per pontifices a reditu captiuitatis babilonice usque tempus christi quando iohannes hirthanus qui descendit de machabeis primus post captiuitatem babilonicam imposuit sibi diadema regium De prima igitur gubernatione vel potius de deo primo modo gubernante agitur in hoc libro iudicum et hoc est quod dicit verbum pro assumptum Suscitauit dominus ut in quo tria tanguntur primum est dei presidentis clementia cum dicitur Suscitauit dominus Secundum est medii obsequentis detentia ibi iudices qui liberarent eos Tercium populi gementis indigentia ibi deuastancium manibus Ad plenioremque intellectum istorum verborum tamen considerandum quod iudices qui rexerunt populum usque ad tempus saulis regis non regebant per modum imperii sed alicuius diuini sed tantum per modum ministerii exhortationis et consilii Deus enim retinuerat sibi istud dominium et ideo cum filii israel liberati per gedeonem de manibus madian ut habetur infra capitulo viii ei dicerent dominare nostri tu et filius tuus et filius filii tui respondit non dominabor vestri nec dominabitur in vos filius meus sed dominabor dominus Et ideo propter tale diuinum in meritum facilius et frequentius cum descendebat ad castigandum populum paterna correctione et liberandum materna consolatione sicut patet